Incipiunt questiones euangelioꝝ de sanctis.

In festo beati andree est euãgelium Ambulans iesus ꝛc. Math. iiij. Circa qḋ pñt disputari seq̃ntes q̃stiones. Prima. Utꝝ christus ꝯueniẽter vocauit ad p̄dicatõnis officium Petrum ꝛ Andream ꝛ Jacobuꝫ zebedei ꝛ Johannẽ. Secunda Utꝝ oporteat sequentibꝫ christum omnia temporalia relinquere. Tercia Utꝝ beatus Andreas ꝛ alij qui secum sunt vocati hac vocatõne. fuerit vocatus ad apostolatum

Ad primã questionem sic proceditur. Et videtur q̄ christus nõ ꝯuenienter vocauit ad predicatõnis officium Petrum ꝛ Andream ꝛ Jacobum zebedei ꝛ Johannẽ de quibus in euangelio. Quia simplices ꝛ indocti prohibent̄ elegi. vt. xxxix. di. de petro. Sed isti apl'i erãt simplices ꝛ indocti. ḡ ꝯueniẽter non debuerũt elegi. Secundo sic. Electio ad officium qḋ respicit vniuersum orbem dꝫ esse de psonis de omni natõne ꝛ non de vna spãli. ḡ christus eligens apostolos de vna gente. scꝫ de iudea videt̄ inconueniẽter elegisse. Tercio querit̄. quare magis de arte piscatoꝛ a que videt̄ vilioꝛ esse inter oĩes elegerit eos q̄̃ de alia. In oppositum ẽ euãgelium. cui non p̄t subesse falsum. nec in opibus christi aliqḋ inconueniẽs. Rñdeo dicendum q̄ christus ꝯueniẽter elegit Petrum et Andreã ꝛc. ad p̄dicatõnis ꝛ dispensatõnis diuini v̄bi ministerium. Patꝫ qꝛ christus ẽ v̄tus ꝛ sapiẽtia. j. Coꝛ. j. ḡ ip̄e sapiẽter oĩa fecit ꝛ v̄tuose. Ad ratões in oppositum. Ad p̄mam rñdet̄ q̄ isti apostoli cum a xp̄o fuerũt deputati p̄dicatõnis officio. ip̄e fecit ipsos idoneos ꝛ doctos ꝛ suppleuit omẽs defectus ĩ eis. quibꝫ ait. Ego dabo vobis os ꝛ sapiẽtiam cui non poterũt resistere omẽs aduersarij vestri. Uoluit aũt hos simplices ꝛ indoctos assumere ad p̄dicationis officiũ. ne aliq̇s eoꝝ gloriaret̄ se sua virtute aut sapiẽtia eligi meruisse Hec rõ assignat̄ a Paulo apostolo. j. Coꝛ. j. dicẽs. videte vocatõnem vr̃aꝫ fratres. q̄m non multi sapiẽtes ſm carnẽ. non multi potẽtes. non multi nobiles. sed que stulta sunt mundi. i. eos qui ſm mundũ stulti videbant̄. elegit dominus ad p̄dicatõnis officium. scꝫ piscatores illiteratos. ꝛ h̄ vt ꝯfundat sapiẽtes. i. eos qui de sapiẽtia mundi ꝯfundunt. ꝛ infirma mũdi. i. hoĩes impotẽtes ſm mundũ. i. rusticos ꝛ colonos elegit deus ad p̄dicatõnis officiũ. et h̄ ideo. vt ꝯfundat fortia. i. potẽtes huius mundi. Item elegit ad p̄dicatõis officium ignobilia mundi. i. eos qui ſm mundũ sunt ignobiles ꝛ ꝯtemptibilia. id est. eos qui ſm mundũ sunt ꝯtemptibiles. vt paupes ꝛ ea que non sunt id ẽ eos qui non vident̄ esse in seculo aliquid elegit ad p̄dicatõnis officiũ. ꝛ h̄ idõ vt ea que sunt. i. eos qui false in mũdo aliquid esse videt̄ destrueret. Et assignans ratõnem hoꝝ dicẽs. ideo non elegit excellẽtes in seculo sed abiectos vt non gloriet̄ omnis caro in ꝯspectu eius. i. nullus ꝑ quacũqꝫ carnis excellentia gloriet̄ ꝑ compatõnẽ ad deum. ex h̄ eñ qꝛ mundũ sr̃e fidei subiecit nõ ꝑ sublimes in mũdo siue seculo sed ꝑ abiectos non p̄t hõ gloriari q̄ ꝑ aliquã carnalẽ excellentiã saluat᷒ sit mũd᷒. Nõ tñ q̄ licet christ᷒ a p̄ncipio vocauerit

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-179/0559
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG